



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1546. usque ad annum 1549

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1770**

**VD18 90118529**

§. 18. Alii Canones de Baptismo.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66608](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66608)

Sæc. XVI.  
A.C. 1547.

## §. XVIII.

*Alii Canones de Baptismo.*

I. Si quis dixerit, *Baptismum Joannis habuisse eandem vim cum Baptismo Christi; anathema sit.*

II. Si quis dixerit, *aquam veram, & naturalem non esse de necessitate Baptismi, atque ideo verba illa Domini nostri Jesu Christi, nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto, ad metaphoram aliquam detorserit; anathema sit.*

III. Si quis dixerit, *in Ecclesia Romana, quæ omnium Ecclesiarum mater est, & Magistra, non esse veram de Baptismi Sacramento doctrinam; anathema sit.*

IV. Si quis dixerit, *Baptismum, qui etiam datur ab hæreticis in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, cum intentione faciendi, quod facit Ecclesia, non esse verum Baptismum; anathema sit.*

V. Si quis dixerit, *Baptismum liberum esse, hoc est, non necessarium ad salutem; anathema sit.*

VI. Si quis dixerit, *Baptizatum non posse, etiamsi velit, gratiam amittere, quantumcunque peccet, nisi nolit credere; anathema sit.*

VII. Si quis dixerit, *baptizatos per Baptismum ipsum solius tantum fidei debitores*



Sæcul. XVI. A.C. 1547. *tores fieri, non autem universæ legis Christi servandæ; anathema sit.*

*VIII. Si quis dixerit, baptizatos liberos esse ab omnibus sanctæ Ecclesiæ præceptis, quæ vel scripta, vel tradita sunt, ita ut ea observare non teneantur, nisi se sua sponte illis submittere voluerint; anathema sit.*

*IX. Si quis dixerit, ita revocandos esse homines ad Baptismi suscepti memoriam, ut vota omnia, quæ post Baptismum sunt, vi promissionis in Baptismo ipso jam factæ, irrita esse intelligant; quasi per ea, & fidei, quam professi sunt, detrahebatur, & ipsi Baptismo; anathema sit.*

*X. Si quis dixerit, peccata omnia, quæ post Baptismum sunt, sola recordatione, & fide suscepti Baptismi vel dimittit, vel venialia fieri; anathema sit.*

*XI. Si quis dixerit, verum, & rite collatum Baptismum iterandum esse illi, qui apud infideles fidem Christi negaverit, cum ad pœnitentiam convertitur; anathema sit.*

*XII. Si quis dixerit, neminem esse baptizandum, nisi ea ætate, qua Christus baptizatus est, vel in ipso mortis articulo: anathema sit.*

*XIII. Si quis dixerit, parvulos, eo quod actum credendi non habent, suscepto Baptismo inter fideles computandos non esse, ac propterea cum ad annos discretionis pervenerint*



venerint, esse rebaptizandos; aut præstare  
omitti eorum Baptisma, quam eos non actu  
proprio credentes baptizari in sola fide Ec-  
clesiæ; anathema sit.

Sæcul XVI.  
A.C. 1547.

XIV. Si quis dixerit, hujusmodi par-  
vulos baptizatos, cum adoleverint, interro-  
gandos esse, an ratum habere velint, quod  
patrini eorum nomine, dum baptizarentur,  
pollitici sunt, Et ubi se nolle responderint,  
suo esse arbitrio relinquendos, nec alia inte-  
rim pœna ad Christianam vitam cogendos,  
nisi ut ab Eucharisticæ, aliorumque Sacra-  
mentorum perceptione arceantur, donec re-  
sispiscant; anathema sit.

§. XIX.

Canones de Confirmatione.

I. Si quis dixerit, confirmationem bap-  
tizatorum otiosam ceremoniam esse,  
Et non potius verum, Et proprium Sacra-  
mentum, aut olim nihil aliud fuisse, quam  
Catechesim quamdam, qua adolescentiæ pro-  
ximi fidei suæ rationem coram Ecclesia ex-  
ponebant, anathema sit.

II. Si quis dixerit, injurios esse  
Spiritu sancto eos, qui sacro Confir-  
mationis Chrismati virtutem aliquam tribuunt,  
anathema sit.

III. Si quis dixerit, sanctæ Confir-  
mationis Ordinarium Ministrum non esse solum  
Epi-  
Epi-